

+
/ Pax Christi

Admodum R/de Pater, Die 23 Martii rogavi Summum Pontificem in sacro Consistorio ut concederet R.V. indulgentias S/ti Caroli pro viginti millibus Rosariis, vel medaliis vel aliis imaginibus
5 sanctorum: quae distribuuntur in Belgio Patribus, aut fratribus, aut aliis catholicis degentibus inter catholicos sive in Hollandia, Ze-landia, et similibus locis inter haereticos: et, ut facilius impe-trarem, usus in argumento R.V. quia videlicet, si Romae in die com-munionis generalis, distribuuntur saltem decem millia ejusmodi munu-
10 sculorum sacrorum, quae faciunt in uno anno centum viginti millia: quid magnum conceditur, si in toto Belgio distribuuntur quadraginta millia? Itaque Sanctissimus Pater hac ratione persuasus facile con-cedit id totum quod petebam. Et haec epistola erit loco diplomatis, vel testimonii authentici, sive vivae vocis oraculi. Vale Pater
15 charissime, mei memor in sanctis precibus suis. Romae die 15 Martii 1616.

R.V.

frater et servus in Christo

Robertus Card/lis Bellarminus.

20 (adresse):

Admodum R/do P. Gulielmo Bauters sacerdoti Societatis Jesu.

(cachet)